



**Sermones: Petri Hieremie Panormitani ex Sicilia: F.
co[n]uent[us] ordinis Predicatoru[m] bononiensiu[m]:
tam preclari q[uam] omnigene eruditio[n]is refertissimi.
omnibusq[ue] euangelica documenta ...**

Petrus <de Hieremia>

[Augsburg], 1514

VD16 P 1883

Jtem de eodem. ser. xcij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70359)

In festo corporis christi

do dixit. Accipe spiritum sanctum quorum remissionem peccata remittunt eis etc. Hoc opus figurat: quando sacerdos inclinatio se in medio altaris dicit. Placeat tibi sancta trinitas etc. et humiliter se pfunde figurans: quod tunc posse super excellentissimum. i. remittere peccata deo deest infimis creaturis. Quis enim potest peccata dimittere nisi solus deus? Mat. xx. Tricesimum et ultimum opus fuit: quando de monte oliueti existentibus ibi virgine maria/apostolis et discipulis/elevatis manibus ferebat in celum et benedixit eis. Lu. xlii. et Act. i. Et sic reuersus est ad celum. Hoc figurat in missa: quando sacerdos dicit missa eleuata manu benedixit populo dicens. Benedictio dei omnipotentis patris etc. et reuertitur ad sacrificium: ergo Hoc facite in memoriam commemorationem. Amen.

De corpore christi Ser. xcii

Ego accepi a

domino quod et tradidi vobis. i. Loz. xi. Pro huius verbi declaratione et materie introductione est notandum quod quicquid credimus corde/quicquid loquimur ore de hoc sacramento mirabili: debet esse fundamentum in scriptura et non in phia naturali. Ratio est propter altitudinem huius sacramenti et subtilitatem transcendentem omnem intellectum naturalem et scientiam phisicalem et potentiam naturalem: sicut qui vellet numerare numerum arene maris: vel quod palmi sunt hinc usque ad celum: et quantum est lata terra: impossibile est iuxta illud. Altitudine celi et latitudine terre et profundum abyssi quis dimensus est? Eccl. i. Ideo dicit scriptura. Altitudo te ne quæsieris et fortiora te non scrutaberis: sicut illi. Nota. Altitudo te ne quæsieris: supple intellectu naturali. Et fortiora te non scrutaberis: supple scientia phisicali: et que precepit tibi deus. scilicet in sacra scriptura/que est os eius habens duo labia: scilicet duo testamenta. Superius immobilitate est nouum: inferius est vetus. Pro quocumque dicit vobis de hoc sacramento non accepi ab Aristotele vel Platone nec a Philo-

gilio etc. sed a domino: scilicet in sacra scriptura. Ideo dicit thema. Ego accepi a domino. Pro fundamento sermonis: oritur theologicis questio.

Queritur. Vtrum sacerdos peccet mortaliter qui scienter dat sacramentum altaribus existentibus in peccato mortali: Arguitur quod sic mortaliter peccaret medicus qui scienter daret medicinam infirmo quia esset interficiendus. Ergo cum grauior sit mors spiritualis quam corporalis. Multo fortius sacerdos mortaliter peccat dando sacramentum illi quem scit esse in peccato mortali: quia talis recipiendo hoc sacramentum mortaliter peccat. In oppositum habetur de consecratione. dist. ii. Non prohibetur dispensator: scilicet sacerdos pinguis terre: id est peccatores ad mensam domini manducare: scilicet accipere corpus christi: et christus enim dedit Iude quem sciebat esse in peccato mortali: et christus non peccauit: ergo sacerdos non peccat dando corpus christi existente in peccato mortali: et sic questio manet pro utraque parte dubia. Ad questionem respondendum est secundum Richardum super. iiij. sententiarum. dist. ix. ar. iiij. q. i. quod ille quem sacerdos scit esse in peccato mortali: aut non petit eucharistiam peccaret: quod habet contra legem sibi dari: et tunc sacerdos dando peccaret. aut petiret: et tunc distinguitur: quia aut suum peccatum mortale est occultum: aut manifestum: si manifestum: tunc sacerdos sibi dando eucharistiam peccaret: quia legitimam contra ipsum habet excusationem vel exceptionem quam sibi publice obijcere potest: et accipio hic manifestum non pro omni eo quod probari potest: quod magis proprie dicitur manifestabile: quam manifestum. Unde si sacerdos sciret parochianum suum esse in crimine: quod legitime contra ipsum posset probare. Ita quod illud crimen nesciret cum ipso nisi duo vel tres testes per quos hec probare posset: non propter hoc deberet eucharistiam negare illi in publico petenti: quia iam inferret sibi penam ante criminis probationem quod fieri non debet. xx. questione iij. eorum qui. Sic accipio hic manifestum pronotum. Est autem peccatum notorium: vel per scientiam: vel per confessionem factam in iure: aut evidentiam rei quod pergitur et

ratione aliqua celari non potest: extra. de co-
ha. cle. 2. mulie. c. vlti. si autem peccatum suum
est occultum: aut petit in occulto: 2. tunc sa-
cerdos sibi dando peccaret: quia habet 2. eum
legitimam exceptionem quam sibi in occulto
obijcere dicitur. ut habet de conse. dist. ii. Ne p-
hibeat. Aut petit i publico: tunc sacerdos
sibi dare tenet: quia contra eum non habet le-
gitimam exceptionem: quam ei i publico obijce-
re possit. extra. de offi. iudicis ordinarij. si
sacerdos. Ad argumentum dicitur: quod non est si-
mile: quia ius naturale dicitur quod est virtuosius
iure positivo: precepit non reddere deposi-
tum in tali casu: non est autem sic in proposito.
Imo ius naturale dicitur quod occultus pecca-
tor a prelato suo non publicetur. Unde nec chris-
tus publicavit peccatum Iude quicquid ipse
Iudas semetipsum manifestavit. Unde extra.
de offi. iudicis ordinarij. si sacerdos sciat per certo
aliquem esse reum allicuius criminis: ut co-
fessus fuerit 2. emendare noluerit: nisi iudi-
cario ordine quis probare possit: eum non
debet nominatim arguere: de quo corpo-
re fit sermo: iuxta verba preassumpta 2.
Nota de hoc sacramento quinque mirabi-
lia principalia inter cetera.

Primum est mutatio substantialis

Secundum est operatio sacerdotalis

Tertium est habitatio sacramentalis

Quartum est preceptio sensualis

Quintum est receptio visualis

Primum ergo mirabile 2. Duplex est
mutatio. Una accidentalis: et altera sub-
stantialis. Accidentaliter est quando qua-
litas vel aliud accedens mutatur in creatu-
ra manente eadem subiecta: ut est mutatio de al-
bedine in nigredinem: de sanitate in infir-
mitatem: de caliditate in frigiditatem: de
parvitate in magnitudinem. Ideo sum ego
modo qui fui quando natus sum de vire-
ro matris: quauis tunc paruulus essem:
nunc vero magnus. Mutatio vero substan-
tialis quando non solum accedens: sed etiam
substantia mutatur: ut si lutum mutaretur
in aurum: vel plumbum in argentum. Hoc
presuppositum est notandum: quod in hoc sacra-
mento est mutatio substantialis: quia sub-
stantia panis mutatur in corpus christi.
Pro latiori declaratione nota: quod secundum quod di-
citur in compendio theologie triplex est
mutatio. Una est artificialis: ut quando

fit vitrum de cineribus. Alia est naturalis:
2. hec est duplex. scilicet accidentaliter: 2. substan-
tialis. Accidentaliter est: ut quando idem
subiectum manet in diuersis accidentibus
sibi inuicem succedentibus. Substantialiter
est: ut quando eadem materia manet sub
diuersis formis substantialibus: sicut patet
in transmutatione elementorum ad inuicem.
Tertia mutatio est supernaturalis: ut quoniam
do nec materia nec subiectum manet: sed
cum accidentia sine subiecto: 2. talis est hec
2. c. Est tamen notandum: quod hic deficiunt tres
regule philosophie. Prima est que dicitur quod
quodcumque fit mutatio substantie fit etiam
accidentium. Ratio est: quia accidentia non
migrantur. i. non transmutantur de subiecto in
subiectum: quia si lutum mutaretur in au-
rum: etiam qualitas mutaretur: puta color/
pondus: 2. huiusmodi: sic si panis mutaretur
in carnem: 2. vinum in sanguinem natura-
li digestionem. In hoc autem sacramento
est oppositum: quia virtute verborum mu-
tatur substantia panis in corpus christi. Ac-
cidentia autem non 2. c. Declara. Remanet
enim eadem quantitas: rotunditas: ea-
dem albedo. idem sapor. Ecce quomodo
regula philosophie. Unde hoc habet. Ratio.
non a philosopho 2. c. sed accepti a domino:
facta igitur hac mutatione adoramus non illam
albedinem: nec illam rotunditatem: sed chris-
tum contentum in illa: sicut milites adorant
regem contentum in cortina 2. c. Secunda re-
gula philosophie dicitur quod nulla mutatio sub-
stantialis est integra: quia semper remanet
materia prima: quia si lutum mutatur in
aurum: materia prima que est in termino a
quo: est eadem cum illa que est in termino
ad quem: quia eadem est materia omnium gene-
rabilium 2. corruptibilium. Ideo dicit philo-
sophus: quod materia est ingenerata 2. incorru-
ptibilis. Sed contra: quia eadem est materia ge-
nerabilium 2. corruptibilium: corpus autem chris-
ti est huiusmodi: quia de quattuor elemē-
tis fuit compositum: sed nihil ibi est de ma-
teria prima: que non est substrata aliquibus
accidentibus: nec est in actu: sed materia cor-
poris christi iam est in actu. In hoc sacra-
mento etiam hec regula deficit: quia sacra-
mentum hac mutatione nihil remanet: nec de for-
ma substantiali panis: nec de materia: qua-
torum mutatur in corpus christi. Ideo nota

V. IX. De corpore Christi

regatis vos hic per regulas philosophie. Ideo dicitur plinista. Hec mutatio terre exerceat. Mutatio naturalis dicitur finis. Sed hec dicitur de terra exerceat. Quis deus magnus sicut deus noster. Tu es deus qui facis mirabilia. Nota ad hoc quadruplicem mutationem substantialem. Prima est a non ente in ens: dicitur generatio: vel potius creatio. Secunda est ab ente in non ens: dicitur corruptio. Tertia est ab ente in ens: quod modo non est: sed iam erit: vel est productio. Quarta est ab ente in ens: tam existens: et talis est conversio panis in corpus christi. Hec mutatio non habet similem in natura. Tertia regula philosophie dicit quod non est possibile secundum naturam accidere esse sine subiecto: sed hic e contra. Declara. Unde habes. Rñ. Ego accepta domino. et. Moraliter debetis adorare christum in hostia sine dubio: et sine conditione actuali sufficit habitualis dispositio: quod homo non intendit adorare nisi christum. Nota casus qui habetur in c. De homine: de cele. m. ubi dicitur quod maius peccatum est sacerdoti celebranti et non consecretur: quam celebrare et consecrare cum peccato mortali. Falsa enim remedia sunt veris periculis graviora. Ideo dicitur David. Tollite hostias et introite in atria eius. adorare dominum in atrio sancto eius. ps. xcy. Nota: Tollite hostias: hic loquitur sacerdotibus: et introite in atrio eius: hic loquitur populo. Adorate dominum in atrio sancto eius: tam ad sacerdotes quam populos. In atrio sancto eius in corde dilatato et devoto. Dicitur tunc quid si celebras non sis sacerdos vel non consecratus. Rñ. ipse solus peccat: non autem populus adorans. ¶ Secundum mirabile est operatio sacerdotalis: scilicet quod sacerdos habens tantam potestatem. Magnam mirabile reputatur de Moyse qui fecit descendere manna de celo: id est aere. Ero. xv. Et de Helia qui fecit descendere ignem de sphaera ignis ad comburendum duos quinquagenarios: et habetur. iij. Regum xvij. Ad idem quod nota supra in sermone sanctorum Philippi et Jacobi: qui incipit. Nominis honorati sunt. parte. ij. Mirabilis mirabile incomparabilis est hoc: quod sacerdos non de aere: nec de sphaera ignis: nec de celo Luna: nec de Mercurio: nec de celo Vene-

ris: nec de celo Solis: nec de celo Martis: nec de celo Iovis: nec de celo Saturni: nec de celo stellato: nec de celo cristallino: sed de celo empyreo facit christum descendere in hostiam. Scitis quomodo? Sic ut virgo Maria quando concepit de spiritu sancto filium dei dicitur illis verbis. Ecce ancilla domini. et. vltimum. aperuit celum empyreum. Et sicut lingua virginis gloriose fuit clausus celi: sic etiam sacerdos. Sed excellentius sacerdos tripliciter ratione. Non displicebit virgini dicendo veritatem. Prima ratio: quia lingua virginis habuit facere octo giratas: seu octo es revoluta est: antequam aperiret celum dicendo. Ecce ancilla domini. et. Nunquam enim fuit apertum celum empyreum: nisi postquam dicitur octavum et vltimum verbum: tuum. Sacerdos autem cum clausula lingue sue quinq; tantum giratas facit: id est quinq; verba. Hoc est enim corpus meum. Et etiam illud enim non est de necessitate sacramenti: sed preceptum secundum doctores. Secunda ratio: quia virgo Maria signet tantum aperuit celum. et. Sed sacerdos quolibet die semel: et in die natiuitatis domini ter: quia ter dicere potest missam. Et etiam alias quando subest iusta causa sine necessitate: ut dicitur textus in c. Consulisti. de cele. missa. Oportet tamen quod in prima missa: tunc non receperit perfusiones: ut in c. Et parte. eodem titulo. Tertia ratio est: quia in yterum virginis descendit christus paruulus: mortalis: passibilis: sed in hostia magnus: sicut fuit in cruce: et nunc est in celo: immortalis: impassibilis: gloriosus. et. Unde Grego. Quis enim fidelium habere dubium possit: in ipsa imolatiois hora. ad sacerdotis vocem celos aperiri: in illo Iesu christi mysterio angelorum eboros adesse: sumis ima sociari: terrena celo iungi. vnum quidem ex visibilibus atque invisibilibus fieri. Grego. in. iij. dialogorum. Da similitudinem de illo qui inuitat ad prandium regem. et. quia non solus venit: sed cum scutiferis: sic christus in hostiam non solus: sed cum angelorum multitudine sociatus aduenit. Hinc nota de comitina que debet fieri a fidelibus corpori christi: quando portatur a sacerdote ad communicandum infirmos. et. Nota. Celos

aperiri: non intelligatis qd celum diuida-
tur: sed sicut dicimus de reuelatione secre-
ti: nunc aperit mibi cor suum: sicut dixit
Dallila philisteis d Sansone iudic. xvj.
Sic hic filius dei qui est secretus in celo
descendit ad hostiam per verba psecratio-
nis. Illa ergo descensio dicitur apertio.
Unde Joan. vj. Hic est panis qui de celo
descendit: si quis manducauerit ex hoc
pane: uiuet in eternum. Hic est duplex q-
stio. Prima questio est: posset tu dicere.
Si christus descendit de celo in hostia: er-
go recedit de celo: Rñdeo non: Pro cuius
intelligentia nota duas similitudines..
Prima est de domo habente centum fora-
mina: et in qdlibet intrat radius solis: nec
ita men recedit de celo: sic hic. Filius enim
dei est radius quidam: iuxta illud Heb.
j. Qui cum sit plenitudo glorie et figura sub-
stantie eius etc. Secunda similitudo est de
voce mea que est in qualibet aure vestra.
Sunt foras hic duo milia aurium etc. Et
verbum meum in qualibet intrat: nec tamē
recedit a me. Si ergo hoc verbum transi-
torium et creatum hoc facit: quāto magis
verbum dei increatum et eternum. De quo
Joan. j. In principio erat verbum etc. Jo-
hann. i. Dominus in templo sancto suo: id ē
in hostia et simul dominus in celo sedes ei.
Et hostia est templū dei: sicut yterus vir-
ginis. Doraliter: nota qualis debet esse
sacerdos qui tantā potestātē habet. Sei-
cunda questio est: ytrum tam malus sacer-
dos qd bonus habeat hanc potestātē. Rñ.
ita. Nota ad hoc duplicem similitudinē.
Una est de officialibus regis: quia siue ma-
lus siue bonus habet potestatem etc. quia
sicut bonitas nō dat iurisdictionē: ita nec
malitia tollit. Unde dicit canon: qd nō po-
rest aliquis quātūcūq; pollutus diuina
polluere sacramēta. de cohabitatione cle-
rici. iij. Quia scelerate. Unde ecclesia. Su-
munt boni sumunt mali: forte tamē ineq-
li uite vel interitus. Queri potest. Utrū
tantū valet missa boni sacerdotis quātum
mali. de quo per Tho. in. iij. sen. disti. xlv.
q. ij. ar. i. q. m. Nec obstat: qd dicit Chrys-
st. dist. 2. Sicut sacerdotes: et pauci sacerdo-

tes. multi nomine: pauci re. Nō omnis sa-
cerdos sanctus est: sed omnis sanctus sa-
cerdos etc. quia ibi accipitur sacerdos equi-
uocē etc. Declara etc. sicut et ibi. Erunt sa-
cerdotes dei et christi: et regnabūt cum illo
mille annis. Apoc. xx. Qui quidē rex? si-
cut dicit Aug. xx. de ciuit. dei. c. x. nō de solis
epis et presbyteris intelligendū est: qd p-
prie tam vocant in ecclesia sacerdotes: sed sic
oēs christianos dicim⁹ ppter mysticū cha-
rismā. sic omnes sacerdotes qm membra
sunt vnius sacerdotis. de qd ap-
ls Petrus Plebs inquit sancta regale sacerdotium.
Hec Aug. vbi sup. In et Apoc. v. Rede-
misti nos dñe de⁹ i sanguine tuo: et fecisti
nos deo nostro regnū et sacerdotes etc. Se-
cūda similitudo de duobus canalibus qd decur-
rit aqua in hortū tuū: quorum vnus sit au-
reus alter ligneus. Nunquid caules triga-
ti de aqua que descendit de canali ligneo
nō erūt ita pingues et boni: sicut d aureos
Lerte sic. Sic in pposito. Fons vnde pce-
dit aqua ois sapientie et gratie: est christus
Eccl. j. Fons sapientie verbum dei in excel-
sis. Sacerdos bon⁹ est canale d auro: ma-
lus de ligno: qd etc. Sed quid facit patro-
nus canalū postq; ei seruierunt. Canale
aureū ponit in thesauro suo: ligneū pō cō-
buret igni. Sic christ⁹ bonū sacerdotē re-
ponit secū in thesauro glie. vii. Joan. xij.
Qui mibi ministrat me sequat⁹: et vbi sum
ego illic et minister me⁹ erit. Canale pō li-
gneū. i. malū sacerdotē ponit in igne infer-
ni. Jo ap-
ls. j. Lxx. xj. Prober aut seipsus
hō: et sic de pane illo edat et de calice bibat.
Qui em manducat et bibit indigne: iudici-
um sibi manducat et bibit: nō diiudicans
corpus dñi. Ubi dicit Glo. Ambro. q ita
punitur: ac si christum p-
prie manib⁹ occ-
disset. Ubi scis h frater. Ego accept a dño
etc. Tertū mirabile est habitatio sacra-
mentalis. Ubi nota duo. Primū mirabi-
le est: qd tot⁹ christ⁹ i tam parua hostia cō-
tinetur. Dices tu: quomodo est possibile.
Rñ. per similitudinē de monte magno en-
tus tota similitudo p-
inet in paruo oculo
videntis illum. Sic hic etc. Secūm mira-
bile est qd frangit hostia: nō frangit christ⁹
sed in qualibet fractiōis particula integer
perseuerat. Dices tu: quomodo est possibi-
le. Rñ. p similitudinē duplicē. Prima est d

In festo sancti Iuliani cōfes.

voce mea que diuisa p singulas aures ve
stras tota integra est in q̄libz aures. Scda
similitudo est de imagine hois in speculo
recepta que tota recipit in speculo/etia si
speculū frangat in centū ptes: tota intre-
gra est in q̄libet pte. Et nunqd pater oī
potens nō poterit facere hoc de imagine
sua que est ch̄s: sic habet. y. Lōz. liij. Et
Colof. j. Et si tu dicis: nō est h̄le de ima-
gine q̄ nō est corporis: ch̄s aut̄ habet ver-
corpus. Rñ. q̄ imo: qz subtilius est corp⁹
gloriosum/ q̄ imago q̄ modico panno impe-
dit ne intret in speculū: corpus aut̄ glorio-
sum a nullo pōt impediri. Ideo rē. Ideo
de hostia p̄secrata potest dici. Candor est
lucis eterne: speculū sine macula dei ma-
festatis: et imago bonitatis. Sap. vij. No-
ta Candor est lucis eterne. s. quantū ad di-
uinitatē que est in hostia concomitant: sic
et sanguis et anima nō ex vi p̄bōz: sed cō-
comitant v̄r dicit. Et ideo quia est ibi diui-
nitas/ debet hostia esse rotunda: q̄ signifi-
cat eternitatē dei. Et speculū sine macula
q̄rū ad animā. Ideo hostia debet esse pu-
rissima et alba. Et imago bonitatis: q̄rū
ad corpus p quod compleuit suā bonitatē
in ope redemptōis. Ideo cogita tu qui ce-
lebras vel cōmunicas/ q̄rū de excellen-
tiss est ibi: qz de spūalibz creaturis est ibi
excellētior. s. anima ch̄i: de corporalibus/
etiā corpus ch̄i. Et super omnia diuinitas
Ideo debes habere ista tria: scz. Cādo-
rem lucis eterne: p verā credentiā sine er-
rore. Scdo speculū sine macula p castita-
tem. Tercio imago bonitatis/ illi p̄ frater/
nā amicitia ad imaginē et similitudinē
ch̄i: qui noluit recipere vindictam de
inimicis: sic nec tu. Bar. v. Beati pacifi-
ci/ quonā filij dei vocabunt. pacifici. i. pa-
cem facientes. ¶ Quartum est perceptio
sensualis. Quia nullus sensus percipit in
eucharistia id qd intellectus credit. Qua-
re hoc: Rñ. duplici rōne. Prima est neces-
sitaris. Scda utilitatis. Necessitatis q̄a
necesse est cōmunicare: qz sicut totum ma-
lum nostruz p̄cessit ex esu fructus: iuxta
illud. Mala mali malo: mala cōsulit oīa
mundo. Mala. i. gula: mali. s. Ade: malo
.i. pmo. Sic voluit de⁹ q̄ ex esu fruct⁹:
de quo dicit virgini. Benedictus fructus
ventris tui omnia bona nostra p̄cedant.

Sed quia horribile esset comedere carnē
hominis crudā/ et bibere sanguinē: ideo vo-
luit ch̄s tegere sub accidentibz rē. Ideo
Esa. xlv. Te adorabunt te q̄ despiciunt:
tū in te est deus. Glere tu es de⁹ abscon-
ditus: deus israel saluator. Hora. Te ado-
rabunt. i. in hostia cōsecrata. Tū in te est
deus. Ista dictio tantū exclusiua excludit
alia sacramenta: in quibz nō est deus rea-
liter et psonaliter: sicut in hoc sacramento:
sed tū figuratiue. Jo. vj. Caro mea vere
est cibus: et sanguis meus vere est potus.
Construitur sic. Cibus iste vere est caro
mea: et potus iste vere est sanguis meus.
Scda ratio est utilitatis. i. nostri meriti.
Si enī viderem⁹ carnem et sanguinē/ non
esset meritum aliquod nostruz credere: si-
cut nec meremur si credimus esse hostiam
albam vel rotundā. Greg. Fides non ha-
bet merituz: vbi humana ratio p̄hibet et
perimentū. Ad hoc ergo: vt fides locū ha-
beat voluit occultare rē. Tantū q̄ sacra-
mentū videremur cernui: et antiquū docu-
mentū nouo cedat ritui: p̄stet fides sup-
plementū sensuum defectui. Ideo debet
mus nos humiliate dicendo. Domine q̄
uis sensus mei hoc nō percipiant/ tamen
credo rē. Joannis. xx. Beati qui non vi-
derunt et crediderunt. ¶ Quintū mirabi-
le est receptio vsualis: q̄ res mirabilis est:
quia panis angelicus fit panis hominuz:
dat panis celicus figuris terminū. Res
mirabilis manducat dominum paup ser-
uus et humilis rē.

In festo sancti Iuliani cōfes.
Sermo. xciii.

Nec educit il-
lum a delicto suo. Sap. x. Nec
sapientia diuina: fm sensuz p̄-
prium et literalē: sed ad ppositum nostruz
intelligo. Nec scz penitentia educit illuz:
scz sanctū Iulianū. A delicto suo: qd cō-
misit occidendo parentes. Salutes virgo
Maria rē. Pro declaratione ergo thema-
tis: et introductione historie p̄dicande: no-
randū q̄ sit questio theologicāle.
¶ Queritur v̄rū quo diliber peccatū sit p